Universitätsbibliothek Paderborn

Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi, Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo Ecclesiastico

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 3. Quid, si Confessarius commutârit ob causam insufficientem quidem à parte rei, habitam tamen ab ipso bonâ fide pro sufficienti?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Visual Library

bat communicare die Dominico, qui erat terminus hebdomadæ; ſed inadvertenter aliquid manducavit, aut bibit. Diana *p. 3. tr. 4. R. 152.* cum Graffio, Henriquez, Sanctarello; Gobat *n. 112.*

Q. 3. Quid, ſi Confeſſarius commutârit ob cauſam inſufficientem quidem à parte rei, habitam tamen ab ipſo bonâ pro ſufficienti?

R. Valebit nihilominùs commutatio, nec periclitabitur Jubilæum. Talis cenſenda eſt mens Pontificis concedentis facultatem. Aliàs inquietæ redderentur conſcientiæ Confeſſariorum & Pœnitentium, præſertim, quando his eſt impertienda Abſolutio à reſervatis, aut cenſuris

Nota, non requiri tantam cauſam ad proroganda opera, quanta ad ea commutanda. Gobat *n.* 107. ex Filliucio *n. 271.*

Q. 4. In quæ opera commutari poſſunt?

R. In opera pietatis, quæ pœnitens præſtare poterit, æqualia moraliter, etiam aliunde debita, v. g. ex præcepto Eccleſiæ, voto, &c.